

Quinta etas mundi

Neuius poeta comicus



Plautus Comicus



Ennius poeta



Scipio africanus



referatur. et ipse hannibal cum paucis pfugerit: terra maris pace obtenta in siciliam traiecit. Romanum tandem puenit triumpho clarissimo inuestis: Aphricanus vocari meruit. Sicq; secundum bellum punicum terminatum est: quod per annos. 18. gestus fuit. Latoni vero contradicens nolebat cartaginez romano impio emulam euerit: ne romani sine belli metu lasciuirent. Huius preclare fuere sententie dicebat enim: nunquam se minus officiosum: quod cum oculos esset: nec minus solum: quod cum solus esset: hic tantus patrie pater ab emulis accusatus: ab ingrata patria pulsus apud littorum rustuluz exulans: tandem. 52. etatis sue anno morbo inter-

Neuius poeta Comicus anno. 2. regni Ptolomei epiphantes dictis (ut Eusebius scribit) utice moritur: pulsus roma factione nobilium et precipue metelli. Is inter comedos tertium locum habet de quorum dinumeratione et comedorum prestantia Vulcatius in libro de poetis: hec carmina ponit. Multos incertos certare hanc rem vidimus. Palmam poete comicu cui deferant. Ecalio palmam tribuo de comicu. Plautus secundus facile exuperat ceteros. Deinde neuius qui seruet precio in tercio. Si quod quarto detur: dabitur licinio. Post in sequi licinium facio attiliu. In sexto consequitur hos terrecius. Turpilius septimum: Trabea octauum obunet. In nono loco esse facile facio lucrecium. Decimum addo antiquitatis ennum.

Plautus comicus poeta lingue latine pater (ut idem Eusebius testat) ex vmbrie arpinas als sarsinas ciuitate rome morit. Ex ehemone (ut varro epistolonis sententia dixit) muse locute forent: si latine loqui voluissent. Floruit in scena quintodecimo ferme anno post bellum aduersus penos secundum sumptum est. Et quaque a pluribus grecis comedis fabulas sumptas in latium converterit: Oracij tamen sententia plautus ad exemplum sicuti pperare epicharmi dicit. Hic ut varro et plerique alii memorie p dederunt: cum pecunia omni qua in operis artificiū scenicorum pepererat: in mercationib; pdita: inops romam rediuisset. Et ob querendum victimum ad circuagendas molas que trusatiles appellantur opam pistori locasset. Ibi quotiens ab opere vacaret scribere fabulas ac vendere solitus erat. Adoratus est circiter centesima et quadragesima quintam olimpiade. Jussitque tale suo sepulchro epigrāma incidi ut varro de poetis dicit. Postque est morte captus plautus commedia luget: scena est deserta. Deinde risus iocus ludusque numeri: innumeris simul onines simul collacrimarunt.

Ennius quoque poeta comicus Tarenti nascitur quintius ennius dictus. his temporibus (Eusebio referente) floruit. Qui a catone questore romano trans latus habitavit in monte auentino parco admodum sumptu contentus et unius ancille ministerio: semper persuadens animas esse immortales. Et ideo in vite sue terminali dixit. Aspicite o ciues senis ennij istaginis formam: hic vestrum pinxit maxima facta patrum: Nemo me lacrimis decoret: nec funera luctu: faxit cure volito viuus per ora virum. Idemque poeta pudicitiam predicans dicebat: flagitiū initū esse inter ciues corpora nudare. Hic cu[m] comedias optimas elegantissimasque edidisset septuagenario maior articulati morbo olimpiade. i 53. interiit. Sepultusque fuit in scipionis monumento via appia.

Scipio Africanus alterius scipionis filius: vir omnium romanorum ferme prima vires vigesimiquartum agens annum duobus scipionibus ab hasdrubale interfectis a senatu romano ad hispanias mitti: fuit quippe panecus auditor: et inter ceteros mortales animi prestantior. Cum intellexisset senatum ppter metum hannibalis ytaliam velle relinquere: extracto gladio id exhibuit asserens se velle patrie defensorem esse. Cesarie permissa vtebatur habitu corporis virili: is ut Eutropius ait septuaginta ciuitates hispanie recepit: quibus feliciter gestis consul contra cartaginenses designatur. Eoque pergens aphrorum ducem cum Hispaniae numidie rege sibi subegit. Nec multo post cum hannibale congressus ita ei equitatum fudit ut super viginti perorum milia cesa: totidemque fere capta una die